
EPICEDIA
in
Improvisum, & exin luctuosiorem,
nec minus felicem
EMIGRATIONEM
NOBILIS AC STRENUI VIRI
ANTONII HENDEREICH,
Qui piè excessit XV. Kalend. Septemb. Anno CIↃ IↃC LVII. Thorunijque reconditus:

Scripta
à
Quibusdam Docentibus illic in Gymnasio.

Impressa
THORUNII
à MICHAËLE KARNALL Typographo.



DIſce tot exemplis, hæc quàm ſit lubrica vita;
Quot mille inſidias nobis ſtruat undique le-
thum,
Ergo rogandus erit Devs, ut doceamur ab illo.
Ante oculos mortis metus obverſetur ubique:
Namque metus, mortis, Domini parit, ille, timorem,
Quam cauté metuiſſe equidem Sapientia prima eſt.
Ars eſt quisquilias fugitivæ ſpernere vitæ,
Ceu ſunt: opprobrium, vaga gratia, ſplendor, opésq;,
Somnia: quæ numero numerare arcemur ab ipſo.
Sæpe meam ſubiit tacita admiratio mentem,
Dum ſtulti circa varias diſtringimur artes,
Negligimus ſed, quæ cunctas ſupereminet, unam,
Quæ doceat fluxam & fragilem hanc bene claudere
vitam.
Cauſam aperit Salomon: *Stultorum immenſus ubiq;*
Eſt numerus. Quid enim fingi poterat magé ſtultum,
Doctrinas inter tam multas temnere ſolam,
Ex qua dependent bona duratura per ævum.
ΓΝΩΘΙ ΣΕΑΥΤΟΝ homo, ſic, ſic peccata cavebis,
Devotusq; Deo, prout debes, usque manebis.
Cernis ut indiſcretim mors bacchetur in omnes;
Nec prece, nec pretio capitur, fruſtra eſt panacéa.
Sic igitur mortem tot poſt incommoda vitæ

Anto-

ANTONIUS HENDREICH obijt florentibus annis,
Quem *Vidua* heu! grandi plangit concuſſa dolore,
Scilicet & cauſam cur plangat, habere videtur.
Nonnihil Aonias hic deguſtaverat artes,
Ingenióque idem præſtans, induſtrius idem,
Erudiebat eum doctrinâ doctior uſus;
Otia vitabat, conſuêrat amare labores,
In cunctis alacer rebus, dum quibat, & acer.
In primis Vir apertus erat, non ſubdolus ulli.
Degeneres animi ſub vulpe latere feruntur,
Mille modis tales una mutantur in hora.
Talis erat Proteus, talis Vertumnus, ut ajunt,
Non ſic ANTONIUS noſter, ſed candidus omni.
Sic os adſtrictum cordi, cor adhæſerat ori.
Hinc puto de reliquis fieri virtutibus ejus
Judicium mentis de dexteritate valebit,
Ut quòd adulandi fucatas oderat artes.
Et quæ præterea cupidam percurrere Muſam
Temporis anguſti brevitas vetat, illa relinquo.
Non igitur temere pulla *cognatio* veſte
Hunc obitum ANTONII HENDREICHI deflere putanda
Verùm, ſic viſum eſt ſuperis, ſic alea jacta eſt. (eſt,
Ponendus modus eſt lachrymis, modus atque dolori,
Qui licet eſt juſtus, debet moderatior idem
Eſſe tamen. Pariter dicendum eſt omnibus illud:
Omnipotens Dominus dedit, omnipotensq; recepit;
Illius bonitas benedicta ſit omne per ævum.

Condolens fbt.

M. JACOBUS GERHARDI.

QUisq; suos patimur per tristia crimina manes,
Crimina quin propter Mors sua queq; manet.
Exuperet quamvis tithonia secula quisquã,
Cumæos superet quamlibet ille dies,
Ille trisecli senis quamvis excesserit annos
Nestoris, exuperet millia secla licet.:
Non tamen effugiet nulli superabile fatum,
Effugiet Clothûs non Lachesisque colos.
Scilicet in lumbis Patrũ peccavimus omnes,
Peccatum propter Mors manet omne genus.
Unius culpâ peccatum venit in orbẽ,
Peccati propter Mors venit atra luem.
Terrigenas igitur fera Mors penetravit in omnes,
Peccato quoniam subjacet omnis homo.
Expers utque luis peccati nullus in orbe
Vivit homo, nullus criminis impos agit.
Mortis item nullꝰ sic impos habetur in orbe
Imperium Mortis sustinet omnis homo.

Hîc

Hîc licet Amramide quis ſanctius exigat æ-
Joſepho major ſit pietate licet. (vum,
Theſaurisq; licet Cręſum ſuperaverit ipſum,
Ditior Attalico ſit licet ille modo.
Aut ſit Amyntiade quantumvis fortior ipſo,
Alcidæ robur quamlibet inſit ei.
Nobilitate graves ſuperet licet ille cethegos,
Sitque Stagiritâ doctior ille licet.
Sit licet aut genitus cœli melioribus aſtris,
Fortunâ quamvis undiq; dives agat.
Omne genus mortale necat Mors improba, ſævas
Injicit heu cunctis ſangvinolenta manus!
Non Senibus parcit fera Mors, non parcit Ephebis,
Falce metit juvenes falce metitque ſenes.
Mors fera non pulchrum frontis reſpectat honorem,
Juno nec attalicas infera curat opes.
Nîl pietas prodeſt, virtus nîl ardua prodeſt,
Nîl ſanctas vitijs abſtinuiſſe manus.

Nîl juvat ingenij vigor, heu nîl dotibus auctū
Pectus! nil puræ relligionis amor!
Occidit en triſti Smyrnæus funere Vates,
Qui Vatum clarijs ora rigavit aquis.
Occidit Andinus per triſtia funera Vates,
Qui latio chium provocat ore ſenem.
Doctus Ariſtoteles cecidit quoq; funere, ſæ-
vam
Doctrinâ potuit non ſuperare Necem.
Nerea non juvit facies, non robur Achillem,
Non Cræſum juvit copia dives opum.
Profuit Alcidæ non vis infracta labore,
Profuit haud ſuperum ducere ſtirpe genꝰ.
Magnus Alexander quamvis fortiſſimꝰ He-
Non potuit factis fata fugare ſuis. (ros,
Hinc liquet exequias cōformes omnibꝰ eſſe,
Sit via quod cunctis iſta terenda Viris.
Trivit & ivit eam, cujus modò funera flemꝰ,
Per rarâ quamvis Vir pietate fuit.
Integer & vitæ fuerit licet, Arte politus,
Præclarâq; licet ſtirpe profectus erat.

Nil

Nîl illum pietas, nîl integra vitaque juvit,
Nîl claræ juvit ſtirpis origo Virum.
Juvit & ingenuà nîl pectus ab arte politum,
Terrigenis poſitum trivit & ivit iter.
Virtutem propter patriam digniſſimꝰ annis
Neſtorijs, vitæ ſyrmate dignus erat.
Communem calcare viam ſed morte coactꝰ
A Parcis poſitum trivit & ivit iter.
Ivit iter, lucrumq; capit, nam coelite vitâ
Perfruitur, ſuperis miſtus ovatque Polo.
Triſtia permutat lætis, mera gaudia ſentit,
Triſtia qui præter vidit in orbe nihil.
Felix, contingit cui permutatio talis!
In coeli, vera eſt, vivere, vita, plagis.
In terris eſt vita mori, non vivere, contra,
In coelis vitam vjvere, vita mera eſt.

Cognatis & Agnatis mœſtiſſimis condolentiæ conteſtandæ gratiâ facieb.

LUDOVICUS MÖLLER
Gymn. patr. Viſit.

Cum

CUm picturato cœlum distrinxit amictu
Nubicolor, liquidis effusis imbribus, arcus,
Labentes redeunt in vires agricolarum
Res, redeunt vires æstu sitientibus arvis.
Morbifer autumnus, cantatur nænia multis
Ex hominum numero, postquamve quievit inermis
Hactenus irati vis surgit(at omen abesto!)
Surgit ad abjectas Lethi ripsaspidis hastas;
Et vestram mœsto cōtristat funere Gentem
HENRICI, nostris cathedris, Musisq; colendi.
Præterit haud gratas factum memorabile mentes,
Nomen & hoc vestrum celebrant quoque pulpita nostra,
Abs Austro currus cum Phœbus ab axe reducit,
Læta redux læti promittens tempora veris.
Promptius officium vestris assurgere votis
Vellet

Vellet, promeritas jussum describere laudes;
Sed lugubre vocat Lachesis cantare melos,
tum
Carmine luctifico defuncti funera flere;
Ast flendus nō est qui in cœli sede receptus
Lætifico, spectās cœlestia, Numine gaudet.

Condolens scr.

M. CHRISTOPH: HOPP.

WAs ist dieses schnöde Leben?
Als ein Schatten/Rauch vñ Dampf/
Als ein steter Krieg vnd Kampff
Da nur Furcht vnd Schrecken schweben.
Wie Soldaten in dem Heer/
Vnd die Schiffer auff dem Meer/
Zwischen Furcht vnd Hoffnung stehen/
Nimmer dürffen sicher gehen:
Also ist hier keine Ruh/
Wie auff Stücke Stücke knallen
Wie auff Wellen Wellen fallen/
Schlägt zum Glück das Vnglück zu.

Sagt

Sagt man noch: Hier ist Wolleben:
Dawret es ein kurtze Zeit
Vnd gleicht nicht der Ewigkeit/
Welche denen wird gegeben/
Die in Gotte suchen Ruh'
Vnd nur nach dem Himmel zu
Ihre Sinn' vnd Hertzen schwingen.
Wolt' es einem auch gelingen
Das er dem Richardus gleicht/ zu zeiten Caroli M.
Der erlebet hundert Winter/
Wird er doch den Weg der Sünder
Gehen der zum Grabe reicht.
Wohin wir der Augen Liechter
Wenden/ ist nur Flüchtigkeit/
Aller dinge Nichtigkeit:
Was beleucht des Himmels Richter/
Phœbus vnd der Sternen Kreiß/
Ist wie schlüpfferiges Eyß;
Auch das Nun ist schon vergangen;
Kurtze Zeit hält vns gefangen/
Denn kömmt man zur langen Nacht:
Wo

Wo man nicht dahin gestrebet/
Das man nach dem Tode lebet/
O was hat man denn gemacht!
Wol derhalben dem/ der siehet
Vor dem Ende schon auffs End'/
Vnd sich von der Erden wendt/
Weil er noch von Jahren blühet/
Das er nicht der Eytelkeit
Dieser dinge seine Zeit
Gebe/ die das Hertze blenden
Vud von Gott die Sinnen wenden/
Sondern vielmehr sein Gemüth'
Auß der Seelen Kercker schwinget
Dahin/ was der Himmel bringet
Vnd des Höchsten Gutes Güt'.
Edler Held/ Ihr habt erwogen
Dieses in dem Müheſtand/
Da Ihr Meer vnd manches Land
Habt durchwandert vnd durchzogen.
Wo sind Länder da nicht sind
Pfützen/ Wetter/ Schlag vnd Wind'

Vnd

Vnd was Menschen setzt in Schmertzen/
Was zertrennet trewe Hertzen.
Allenthalben wanckt der Feind/
Der nit fragt nach Stand vnd Glücke/
Nit nach Weißheit/Macht vnd Tücke/
Einen wie den andern meint.

Dieser Feind nun vnterlieget:
Denn im letzten Kampff vnd Streit/
Da sich Leib vnd Seele scheidt/
Habt Jhr selbem obgesieget/
Das Jhr nun vor Gottes Thron
Stehet mit der Lebens Krohn'/
Allzeit frölich jubiliret
Vnd gantz herrlich triumphiret
Gläntzet als der Sternen Liecht
Sehet vnsers Heyles Sonne
In ewiger Frewd' vnd Wonne
Von Gesicht zu Angesicht.

Auß mitleydendem Gemüthe
schrieb es

Georg Oesper. Prof.